

B. M. II, 85.

S. 16, 10.

X 187 6083

I. N. F.

II R
1958

STYLUS CURIAE

etiam in Titulis interdum
plumbeus, imò cereus,

Per Exceptiones à Regulari,

*(quò non Comites, sed Principes salutari
NOBILES constat,)*

& quidem plerasque vulgò obvias

DEMONSTRATUS

a

CHRISTIANO WILHELMO EYBENIO.



HELMÆSTADI,

Typis & sumptibus GEORG-WOLFGANGI HAMMII,
Acad. Typogr.

Anno M DC LXXXVI.

14





ILLUSTRISSIMO. COMITI.
DOMINO,
HENRICO. XIII.

SENIORIS. LINEÆ.
SACRI. ROMANI. IMPERII. COMITI,

RUTHENO.

COMITI, AC, DOMINO, DE, FLAVIA,
DOMINO. IN. GRAITZ. CRANICHFELD,

GERA. SCHLAITZ,

LOBENSTEIN,

ET, BURGK.

&c.

ACADEMICÆ. NOSTRÆ. JUVENTUTIS,
PRINCIPI.

FLORENTISSIMO.

POST. HEROICA.

CELSISSIMORUM. MAIORUM.

DECORA. ILLUSTRIA.

MASCULO. ET. SPLENDIDISSIMO,

CONGRUARUM. VIRTUTUM.

STUDIO,

PALLADIAS. INTER. ARTES.

INSIGNITER. IAM. TUM. FUNDATO.

CUM. OMNIUM. INTUENTIUM. ADMIRATIONE.

NATIVUM. EXCELSI. SANGVINIS. NITOREM.

GLORIOSIS. AUCTIBUS.

ILLUSTRARE.

EOQUE.

EOQVE. IPSO.
PATRIA. AVITAQVE. FACINORA.
GENEROSISSIMA.
OMNIQVE. ÆVO. MEMORANDA.
SI. NON. LONGE. SUPERARE.

ÆQVARE. CERTE.
ALACRITER. ENITENTI.

HOC.

QVICQVID. EST. EXOTERICI. DISCURSUS.
PRO. ILLUSTRANDO.

ILLVSTRISSIMORVM. S. R. I. COMITVM,
HONORE. IMPRIMIS. TITULARI.
INSTITUTI.

ATQVE. SUBLIMI. EJUS. FASTIGIO.

DICATI.

DEMISSA. MENTE. ET. MANV.

OFFERT.

SIMULQVE. DIGNOS. TANTIS. VIRTUTIBUS.
SUCCESSUS.

COMITI. AC. DOMINO.

SUO. ADMODUM. GRATIOSO.

DEVOTE. APPRECATUR.

ILLVSTRIS. S. CELSITUDINIS.

CULTOR. IPSEMET. ET. ADMIRATOR.

DICATISSIMUS.

CHRISTIANVS. WILHELMVS. EYBENIVS.

I. N. J.



I. N. J.

I.



Quartus & decimus quodque excurrit nunc ferè agitur annus, ex quo Venerandus Parens, cui tunc quidem publici & feudalis juris in illustri Hassorum Ludoviciana docendi cura demandata erat, ratione muneris sui id non tantùm haud omninò averfante, sed exigente propemodùm, quatuordecim sub ELECTORUM FEUDALIIUM titulo *dissertationes*, more in Academiis usitatissimò publicè habitas, in lucem emisit: Non defuerunt opusculo huic, sic satis quidem festinato, utpote haud intra longius, ac unius semestris, spatium cœpto pariter atque ad finem perducto (quod commune esse solet in publicum quædam proferentibus, iis præsertim, qui ipsimet scribere, non alios temerè exscribere deprehenduntur) & accurati Censores, & benigni nihilominus æquivè, qui aded lætis manibus foetum istum exceperunt, ut *bene in illis omnia observata, cuncta rectè tradita, appositè & accuratè nihil non in iis monitum, absurda quævis ab Auctore, more suo, solidè discussa, &c. &c.* publicè & ore & scriptis profiteri non dubitaverint Viri candidissimi & non de hac modò omniq̃ue Jurisprudencia, sed universa omninò re literaria, publicoq̃ue aded bono, præclarè meriti atque merentes.

II. Quamvis enim annò adhinc undecimò Dn. AHAAS-VERO FRITSCHIO, Jcto summâ pietatis non minùs, quàm

Rhetus,
Feltman-
nus, Frit-
schius, &c.
passim,

quàm solidæ eruditionis laude ad omnem memoriam insigni, editâ *de feudo solari* dissertatione ad *Electorum* istorum *feudalium cap. IX. §. 13.* notare nonnulla placuerit alatisque ex Schwartzburgico archivo diplomatibus Pontificiis Parentis nostri *d. §. 13. pag. 202.* proposita sententia dubia visa sit reddi; tantum tamen abest, ut optimi hujus Viri sinceram admonitionem indignatus fuerit Genitor venerandus, aut succensuerit saltem, ut potius eam non ceu notam vel reprehensionem, sed gratissimum acceperit indicium, quò cum se devincire sibi, tum maximè studia communia more suo juvare voluerit: editâ tamen annò *1777* exoterica de **TITULO NOBILIS** dissertatione, *an & quatenus is non tantum Ducibus ac Principibus, sed Comitibus quoque & aliis stylò Romanæ Curie tribuatur?* &c. quid super titulari isthoc negotio post communicata tria illa Pontificum diplomata in mentem sibi venerit, plenius nonnihil & explicatiùs edisseruit: cujus dissertationis potiora hâc vice ut repetam tantum, vel sola argumenti hujus dignitas postulare videbatur; tum etiam nonnullorum opinio, quæ, cum injuria quoque Parentis conjuncta, me minimè silere patitur, hoc quicquid est scriptionis vel invito propemodum mihi extorsit, ut videlicet Parentis sententia, & in *Electis feudalibus*, & dicta *de Titulo Nobilis* &c. dissertatione satis quidem, ut opinor, clarè proposita luculenterque firmata, ab istiusmodi, omni, & veritatis imprimis, fundamentò destitutis objectionibus nunc demùm vindicetur.

III. Hæc autem, ut rem omnem, quantum fieri potest, clarè & hîc proponamus, cum Alberto Kranzio, luculentissimo illo magnique judicii Saxoniarum rerum Scriptore, & communi juris publici Doctorum schola in *electis feudalibus* tradita, inque sequente *de titulo Nobilis* tractatu exceptio-

7
ceptionibus suis firmata erat regula : Pontifex ejus^{ve} cu-
ria Principes salutat NOBILES VIROS, DILECTOS
FILIOS, Comites autem tantum DILECTOS FI-
LIOS. Ipsa nobilissimi illius Auctoris, qui primus fe-
rè regulæ hujusmodi formandæ occasionem dedisse vide-
tur, verba huc quoque denuò apponere fortassis non pi-
gebit; ita autem ille : Primi Barones inter Nobiles depu-
tantur, inde Liberi Domini, postea Comites, inde DUCES,
QUOS APPELLAT PAPA NOBILES VIROS.
lib. 3. metropol. cap. 11. pag. 165. edit. Coloniensis de Anno
1574. 8vo. & hunc curiæ Pontificiæ stylum etiam nunc
durare, Principes scilicet atque Duces, eosque solos, non
etiam Comites & Barones, Nobilium Virorum elogiò or-
nantem, dum non immeritò nec sine ratione in electis feu-
dalibus asseruit Parens, ut tamen in altero illo de titulo
Nobilis tractatu legitimis quoque exceptionibus complu-
ribus, ordine jamjam à nobis recensendis, locum relinque-
ret, novissimè Cl. HENRICI GÜNTHERI THÜLE-
MARI, J. U. D. & in perantiqua Academia Heidelbergensi
Eloq. & Histor. Professoris, censuram incurrisse tantum
non quibusdam jure quòdam visus est : Qui præterquam
quod in nupera Octoviratûs sui (primam enim suppressò
nomine vulgare maluit) editione, quam tamen, nescio quâ
fati inclementiâ, nobis videre nondum licuit, nisi quod ex
relationibus historicis Cl. Maji de ea quodammodo nobis
constet, datâ velut operâ in eo, ut hoc agat, sibi placuit, ut
ingentis erroris alicujus, adsertione ejusmodi admitti, Pa-
rentem argueret; quadrienniò quoque antè in *corollario*,
schediasmati epistolico de aurea bulla &c. subjuncto, idem
jam tum à se, haud minori fortassis nisu, præstitum gloria-
tur; hisce autem propemodum verbis *dicti octoviratûs*
cap. 8. §. 9. in notis laudatus Vir mentem suam prodit :

AVCI

„ Licet

„ Licet Illustris Dn. Eybenius in electis juris feud. cap.
 „ 9. §. 13. p. m. 202. & tractatu de titulo Nobilis (NB) ne-
 „ get, Comites curiæ Pontificiæ stylô titulô Nobilium
 „ ornari, *contrarium* tamen apparet ex diplomatibus,
 „ quæ Nobilissimus Jctus, Dn. Ahasverus Fritschius,
 „ Fautor noster colendus, in mantissa ad dissert. de
 „ feudo solari ex archivo Schwartzburgico adduxit,
 „ in quibus Bonifacius & Paulus Papæ Güntherum
 „ & Henricum Comites Schwartzburgicos Nobilium
 „ Virorum titulô condecorârunt. Voluit quidem
 „ demonstrare Magnificus Dn. Eybenius, in d. tr. de
 „ tit. Nob. *Comites Schwartzburgicos propterea No-*
 „ *bilium Virorum titulum à Papis accepisse, (NB) quod*
 „ *inter Quatuor viros Imperii Germ. reperiantur & Im-*
 „ *perio Regem Romanum Güntherum dederint. EGO*
 „ AUTEM ante quadriennium in corollario ad Sche-
 „ diasma epistolicum de aurea bulla Caroli V. *has ra-*
 „ *tiones (NB) lubricas esse ostendi ex bullis Paparum*
 „ Pii II. de anno 1462. mens. Jul. Pauli II. de anno
 „ 1465. 6. Kl. Jul. Sixti IV. de anno 1457. 12. Kl. Ja-
 „ nuar. (quas in archivo illustr. Comitis Lippiaci Ded-
 „ moldiæ inspexeram) in quibus Bernhardus & Si-
 „ mon *Domini de Lippia*, Nobilium Virorum prædi-
 „ catô honorantur, quorum tamen familia in Qua-
 „ tuorviratu nunquam locum habuit, nec Germaniæ
 „ caput dedit. &c.

IV. Nostrum itaque nunc erit intentius nonnihil op-
 positionem hanc perlustrare & videre, an illa ad allatam
 jamjam suisque in dicto de titulo Nobilis &c. tractatu
 firmatam jam tum regulam pertineat; & ultrò patebit,
 num Auctor illius pro illustrissimis Sacri nostri Imperii
 Comitibus eorumque honore, imprimis titulari, alia &
 nova

9
nova quædam invenerit, quæ à Parente nostro longè copiosius multòque antè in medium haud sint allata?

V. In genere autem, priusquam ad exceptiones justâ serie proponendas deveniamus, prænotandum imprimis erit, quod, quemadmodum de stylo in univèrsim, antiquo etiam & rectæ rationi consentaneo, eoque tam judiciali, quàm extrajudiciali, admodum mutabili sæpiusq; mutato in vulgus constat; prout quoq; haud ignota esse possunt notissima illa à Nostris hanc in rem specialiter dicta, *stylum scilicet curiæ esse volubilem, in dies recipere varietatem, mutari ad mutationem Principis, temporis, &c.*

Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 3. n. 277.* Bertazol. *cl. 4. gl. 36.*

Boer. *consil. 8. n. 4.* Cævall. *quest. pract. comm. contra comm. c. 20. n. 19. & quest. 637. n. 21. c. 72.* ubi plures.

& elegans huc apprimè faciens textus in *Rec. Imp. Spir. de anno 1570. §. Wie wol auch* 75. ibi: *auch dessen alter wol=her=gebrachter stylus und brauch zu vielen mahlen geändert* 2c. junct. §§. *seqq.* quibus Maximilianus II. Imperator & Status Imperii atque Doctores communiter de stylo, optimè etiam se habente, idem pronunciare haud dubitârunt: ita & hæc styli ejus regula ejusdem planè cum ipso suo stylo non possit non esse naturæ. quin & ea ipsa nihil habet diversi à reliquis juris, quâ publici, quâ privati, regulis, brocardicis, axiomatibus, definitionibus, quarum nullam reperire licet adeò firmam, quæ non, quod commune regularum fatum, varias patiatur atque admittat limitationes, ampliaciones exceptionesvè; ceures ipsa satis loquitur integrique tractatus eorum, qui *fallentis regularum juris* consignandis operam suam navârunt, & vel ipsa *lex 202. ff. de R. J.* (quâ Javolenus Jctus, *omnem in jure definitionem periculosam esse*, graviter pronunciat, *parum enim abesse, ut non subverti possit*) docere possunt:

B

quæ



quæ tamen ea propter, quod exceptiones admittant, haudquaquam rejiciuntur, quin potius inde in casibus non exceptis luculenter confirmantur.

VI. Et fanè, ut propius ad rem accedamus, de styli tum omnis aliis, uti jamjam innuimus, tum Romanæ imprimis curiæ maxima instabilitate tot testantur variati sæpius mutatiq̄ue styli hujus exempla, ut iisdem omnibus huc transferendis nimis longum foret prolixè immorari; neque Æneas Sylvius, qui & ipse postea ad Pontificium culmen ascendit & Pius II. Idici voluit quiq̄ue hujus rei idoneus omninò testis, utpote optimè ejusdem conscius, haberi debet, mobilitatem hanc dissimulare potuit; *neq̄ arguendum esse*, inquit ille *in historia Friderici III. Imp. pag. 25.*, *quod pro TEMPORIS VARIETATE VARIIS utitur VERBIS* & *nunc extollit titulosq̄ præfert magnificos, nunc suam extenuans dignitatem sermone præfatur abjectò*, &c.

add. Münster. *lib. 3. cosmograph. c. 20. ibi*: *Es hat des Pabsts Canzley im Brauch/ daß sie in ihren Bullen und Brieffen die Freyherrn in Tituln vor den Graffen setzt/ &c.* quod omninò styli Romani inconstantia ac singularitati imputandum. &c. Quantum fanè Romana curia præ ipsis etiam sacratissimis Imperatoribus, si honorum saltem spectes inania, sibi sumere sit ausa, vulgatissimum est: nec sine admiratione fermè legi potest, Augustissimos Cæsares cæterosq̄ue Reges viliorem à Papis titulum, nec invitos omninò, suscepisse olim hodieq̄ue suscipere, quàm quò subjectos sibi Principes ac Comites ipsi ornare solent; ut non majorem titulò *illustris*, quò in Italia, regione aliàs titulorum luxu omnes penè Europæ terras superante, vilius magisq̄ue nil promiscuum, Regibus Christianis ipsiq̄ue haud rarò summo Orbis suoq̄ue Principi impertiri titulum sustinuerit hæctenus Episcopus Romanus.

ita

ita Honorius III. *in cap. 34. X. de elect. Electi potest.* Ludovicum Francorum Regem absque ullo honoris præfamine alloquitur, *it. in cap. 27. X. de privileg. & excess. & cap. 8. X. de consecrat. Eccles. vel Altar. ubi* itidem simpliciter: Honorius III. H. quondam Reginae Anglorum. Idem *in cap. 33. X. de jurejur.* Hungariae Regem saltim *illustrem* appellat. Sic Coelestinus II. *in cap. 11. X. de convers. conjugat.* Regem Scotorum *illustris* tantum titulô afficit. Prout quoque Innocentium III. Reges Francorum & Arragoniae, imò ipsum Constantinopolitanum Imperatorem splendidiore titulô ac *illustris, illustrissimi, &c.* haud ornâsse ex *cap. 6. X. de majorit. & obedient. cap. 7. X. de offic. Legati, cap. 43. X. de appellat. cap. 18. de jurejur. &c.* satis constat.

ut proinde non adedò mirum videri debeat, quod cæteris *Principibus, dignitati* quamvis *Regiae proximis*, quales imprimis *Duces* perhibentur, non alium, quàm *nobilis* titulum, tanquam *Regio illustris* axiomati proximum, *Comitibus* verò & *Baronibus* eundem cum Principibus tribuere titulum nec voluerit, nec fortassis etiam, cum Ecclesia mater sit justitiæ inq; ea decenter omnia & ordine geri fas sit, debuerit.

VII. Quæ omnia cum satis rectè & omninò ita se habeant, properandum jam erit ad exceptiones earumq; rationes, si forsan assequi ex asse non licebit, investigandas tamen, queis scilicet Curia Romana induci potuerit, ut Comites Imperii nostri Romano-Germanici Principali *Nobilis viri* titulô nonnunquam salutaverit. videntur autem illæ ita optimè considerari posse, ut præter eas, quæ nobis non omninò satis sunt evidentes, magis notas imprimis perlustremus. Inter illas igitur non immeritò retuleris tum *peregrinam imperitiam* atq; *incuriam*, à qua, ut alia nunc taceamus, est procul dubio, quod in Alemannia *Comites*

mites præcedere Marchiones scribat Comes Annibal Ro-
 mei. *giorn. 5. disc. della Nobil. p. 312. &c. vid. d. tr. de tit.*
Nob. §. 8. in fin. tum quoque non minori jure in subsidi-
 um vocaveris illud Juliani Jcti: *non omnium, quæ à majo-*
ribus constituta sunt, ratio reddi potest. &c. l. 20. ff. de LL.
 quò etiam & non aliò excusari aut sustineri poterit, quod
 Electores Saxonici titulo *Archi - Mareschalli Sacri Romani*
Imperii non tantùm *Burggravi Magdeburgensis*, sed &
Comitis Bren. cognomina præposuerint &c. *vid. d. tr. de*
tit. Nob. §. 45.

VIII. Quod verò ad *notiores* nobis exceptiones hæc
 earumque rationes attinet, earum alias à diverso Pontifi-
 ciæ dignitatis, potentiæ atque auctoritatis statu proveni-
 re dicimus: quò omninò referendum, quod Pontifices du-
 rante adhuc exinanitionis statu condignis utique & am-
 plissimis titulis Imperatorem aliosque rerum Dominos fue-
 rint venerati, quos sequioribus tamen temporibus, ex quo
 divinam propè Majestatem illam asserere sibi sunt ausi, pla-
 nè omiserunt.

conf. d. tr. de tit. nob. §. 3. pag. 6. seq. §. 8. pag. 16. §. 19.
pag. 30. §. 45. pag. 62. seqq. §. 54. pag. 72. fin.

alias autem aliam & à prioribus diversam habere origi-
 nem: quas haud incongruè ad duas maximè classes redu-
 xerimus, ut videlicet alias communes dicamus aliis, non
 Comitibus tantùm, sed & Baronibus similibusque Proce-
 ribus, alias autem illustrissimis Schwartzburgicis magis
 proprias.

IX. Ad primam igitur visionem pertinet (I) quod
Comites æquè ac *Principes* in Germania nostra semper pro
Nobilibus habiti & eòdem cum istis *Nobilitatis* genere,
 gradu saltem dispares, comprehensi fuerint, mediò inter
 Principes ac Barones locò. atque hinc est, quod præter re-
 liquos

liquos historiae Patriae conditores Albertus Kranzius compluribus in locis *Comites* pariter ac *Duces* promiscuè *Nobiles Viros* appellitet;

vid. *supra cit. lib. 3. metropol. cap. 11. add. lib. 11. metropol. cap. 31. 32 &c. junct. lib. 8. cap. 57.*

similiterque, ut specialius nonnihil mentionem quorundam faciamus, Paulus Langius, Monachus Buzoviensis, qui Kranzii ferè coætaneus & Trithemii Abbatis sectator atque discipulus fuit, *in chronico suo Zitizensi* Henricum III. divitem cognominatum, S. R. Imperii Advocatum in Weyda, qui circa annum 56. seculi XII. Friderici I. Imp. Marschallus fuit, passim vocet *nobilem Dominum*: quemadmodum & idem laudatus Scriptor Juttam de Gera, Henrici senioris Advocati in Gera uxorem & Henrici senioris Advocati in Weyda filiam, quæ monasterium in Cronschwitz fundavit, *nobilis & illustris Dominae* elogiò ornet & passim in dicto suo chronico, quò Zitizensis imprimis Ecclesiae primordia & Præsules eorumque res ges gestas exposuit, Advocatos istos ac Comites Imperii illustrissimos *Nobiles Viros, Nobiles Dominos &c.* appellet. prout quoque Emico Comes Leiningensis, quos vetustissimos in tractu Spirensi, *im Speyrgeu / Comites* dicit Lehmannus, *lib. 4. chron. Spir. cap. 9.* à Senatu Imperialis Spiræ vocatur *Nobilis Dominus, Edler Herr /*

in literis de Anno 1351. quas exhibet Lehmann. *lib. 7. chron. Spir. cap. 47.* ibi: usgenommen den **Edlen Herren / Graf Emichen von Leiningen / &c.**

& Walramus Comes de Spanheim similiter *Nobilis Domini* elogiò venit in literis foederat. inter Rupertum Palatinum El. & Civitatem Spiram de anno 1353. apud Lehmann. *d. lib. 7. cap. 49.* Imò ipsi non rarò Imperatores Comites Imperii non dedignati sunt salutare *No-*

re *Nobiles Viros*: ita Fridericus II. Imp. in diplomate Henrico seniori ejusque filio Henrico juniori, Advocatis S. R. I. in Plawen, annò seculi XIII. 32. concessio eos vocat dilectos sibi & *Nobiles*, die Edlen und Getreuen / ꝛ.

add. imprimis ibi: und weil sie aus einem edelstem Geschlecht der alten Römer entsprossen und uns/dem Reich und der Kirchen viele Nutzbarkeiten geschafft und Dickē bewiesen / wollen hienit außdrücklichen und befehlen / daß sie vor Reichs-Edle jederzeit gehalten und erkandt werden / ꝛ.

Ludovicus Bavarus Imp. Henricum Ruthenum, S. R. I. Advocatum in Plawen vocat *nobilem Virum*, edlen Man / in literis de anno 1338. ibi: swan der edel Man / Heinrich der Keuzze / Bogt von Blaw / ꝛ. ap. Pet. Beckler. *illustr. Stemm. Ruthen. pag. 57.* vid. diplom. Rudolphi I. Ludovici IV. Ruperti, Maximiliani I. Ferdinandi I. Maximiliani II. Imperatorum, Ottocari Regis Bohemiæ, &c. apud eund. Beckler. *d. tr. pag. 260.* Et mult. seqq. ubi semper *Nobiles*, Edel / *Nobiles Viri*, Edle Manne / &c. appellantur illustrissimi hi Comites. add. *d. tr. de tit. Nob. §. 7.*

prout pari quoque modò in Anglia, Germanorum quasi colonia, *Principes*, *Marchiones*, *Comites*, *Vice-Comites* & *Barones* primò inter *Nobiles* locò atque gradu recense-ri & κατ' ἐξοχήν *Nobilitatem* vocari, & porrò *Dominos Virosq; nobiles* audire Auctor est ille Anglicarum rerum peritissimus Ictus, Thomas Smith.

lib. I. de Republ. Anglor. cap. 16. sub fin. junct. cap. seq. Nec incommodè fortassis huc referes, quod Friderici I. Imp. jam tum ætate, *Comites* & *Marchiones* pari utique honoris gradu habiti videantur, prout apparet ex *const. de pace tenenda* Et ejus violatoribus princ. quæ extat *lib. 2. feud.*

feud. tit. 27. ubi Fridericus Imp. *Comites* Marchionibus etiam præponit, mediò scilicet inter hos atque Duces locò; ita enim legem istam orditur Imperator: *Fridericus D. G. Romanus Imperator, semper Augustus, Episcopis, Ducibus, COMITIBUS, Marchionibus, &c.* & non multò post idem ferè factum observare licet in diplomate Ottonis M. Imp. ibi: *No verint ergò Duces & Marchiones, COMITES item ac Principes & totius Regni nostri Procerum multitudo. &c.*

apud Aubert. Miræum *lib. 2. donat. Belg. cap. 18.*

quid quod quadringentis jam & quod excurrit abhinc annis epitheton *Nobilis* solis *Comitibus* & *Baronibus* in *Germania* quasi proprium fuisse, nec ab ipsis eorum Dominis, Imperatoribus quoque & Regibus, iis negatum scribat Johannes Stumpffius in præclaro suo *Helveticarum rerum opere.* ut proinde, cum & *Nobiles* sint, & mediò inter eos censeantur locò *Comites*, haud inconvenienti utique titulò Pontifices in diplomatibus sive bullis suis hætenus usos fuisse omninò dicendum sit.

vid. bullas Bonifacii IIX. & Eugenii PP. RR. cit. *in d. tr. de tit. Nob. §. 7. pag. 11.*

X. Imò jam ante Justinianum nostrum, quod *secundum* inter *communes* rationes obtinet locum, Romani Imperatores istum *Nobilis* titulum *Comitibus* nonnullis, quin & nonnullorum *Affessoribus*, impertire haud dubitârunt.

vid. *l. 10. C. de divers. offic. sub fin.*

prout quoque *spektabiles*, achtbare frumme Mânne / *Comites* non minùs ac *Duces*, & quidem ab ipsis Imperatoribus, salutatos fuisse satis apparet *ex literis Caroli IV. Imp. de anno 1351.*

apud Lehmann. *lib. 7. chron. Spir. cap. 47.* ibi: daß wir von unsertwegen erköhren und erwehlet haben einen

nen achtbahren frommen Man / und die Liebe un-
sere vorgemeldte Schwäher und Schwager auch einen
erbahren frommen Man / Ruhne von Falckenstein /
auch einen erbahren frommen Man / von des
Stifts wegen von Menze / &c.

item in literis de anno 1363. ibi: *spedabiles* Nürnber-
genses Burggravii ab antiquo tempore *nobilitate* suâ
Principibus parificati sint & fuerint, &c. & paulò post:
spedabilis Fridericus, Burggravius Nürnbergensis, &c.
apud Limnæ. lib. 5. de jure publ. cap. 7. n. 130. add. cit.
in d. tr. de tit. Nob. §. 7. pag. 12.

XI. *Tertiò* & inde *commune* peti potest argumen-
tum, quod *Principes* atque *Comites* promiscuò *connubio-
rum* jure gaudeant, nec e-seu *de-nupsisse* (*Mißheyrather*
vulgò dicunt) putentur *Principes*, sive *Mares*, sive *fœmi-
næ*, utut ex *Comitum* ordine thori consortes sibi adsciscant,
omni id historiâ & quotidianâ experienciâ satis testante:
vel unicum tamen ex antiquiori ævo Eberhardi, *Comitis*
Ebersteinii, cum Hedowige, Henrici I. Aucupis vulgò di-
cti filia, cujus insignem erga Augiense monasterium libe-
ralitatem laudat Bruschius, notâsse sufficiet matrimoni-
um. Mutuum autem jus *connubii*, dignitatis non omni-
nò aut valde inæqualis argumentum â vetustissimis jam
temporibus fuisse habitum satis constat, de nostris enim
nullum planè dubium.

confer. cit. in d. tr. de tit. nob. §. 7. pag. 12.

Ut non immeritò inde quoque pro primaria Heimbur-
giorum Nobilitate concludat Dn. Henricus Meibomius,
quod cum aliis scilicet ex primaria Nobilitate, Comitibus
puta Baronibusvé, toties per conjugia sese miscuerint
Heimburgii.

in epistola de illustris gentis Heimburgicæ origine & pro-
gressu &c.

XII. Quin

XII. Quin & quartò usque adeò permixti ac confusi propè fuerunt duo hi *Nobilium Civium* gradûs, ut eadem in familia, imò eadem in domo, uno ex sanguine cretis, alter *Princeps*, alter *Comes*; Pater *Princeps*, Filius *Comes*, &c. extiterint.

prout hanc in rem vid. quæ de Sereniff. Wûrtemberg. familia, de Principibus item ac Comitibus Hohenzolleranis, de celsissima familia Ost-Frisica & Lobkowitzia, de ipsis imò pristinis Saxoniae hujus nostræ Ducibus, quorum filiis *Comitum* nomen haud rarò tributum legas, ex diplomatibus Imperatoriis aliisque fide dignis Scriptoribus, Alberto Kranzio, Reinerio Reineccio, &c. adducuntur *in d. tr. de tit. Nob. §.7. pag. 13.* add. Herm. Hamelmann. *p.2. chron. Oldenb. cap.16.* Ditmar. Merseb. *lib.7. chron. pag. 184. edit. J. J. Maderi*, ibi: obiit Carolus Comes, Riddagi Marchionis filius.

XIII. Quid quod *quintò* non defuerit tempus, quò *Ducibus* aliisque *Principibus* non *exæquatos* tantum, sed & *præpositos* fuisse *Comites* persæpe invenies; ut etiam *Ducis* & *Comitis* vocabula in *promiscuo* apud Scriptores fuerint usu &, qui hõc locò *Dux*, aliò *Comes* dictus legatur: ita Rudolphus Burgundus, Chunradi minoris Burgundiae Comititis filius, Luitfridi Comititis Altenburgensis ex Ermentruda nepos, à Sigeberto Gemblacensi *ad ann. 929.* vocatur *Comes*; qui tamen apud Sigfridum *ad ann. 924.* nomine *Ducis Burgundiae* venit. Sic quoque Bruno, Luitdolfi Ducis Saxoniae, Henrici I. Imp. avi, filius, Ottonis M. Ducis Saxoniae, Henrici I. Imp. Patris, frater, à Gobelino Persona *Comes*, & *Dux* appellatur *in cosmodrom. cap. 43.* itemque Henricus Auceps, postea ejus nominis I. Imperator, indigitatur *Dux Saxoniae* à Witikindo Corbejensi,
C Ditma-

Ditmaro Merseburgensi, Reginone, Sigeberto Gemblacensi, Conrado Urspergensis & Alberto Stadensi; qui tamen ab Hermanno Contracto nihilominus *Comes* appellatur, & ita etiam Everhardus, Conradi Imp. frater, *Comes* Franconiæ, quem Witikindus *lib. 1.* & Ditmarus *lib. 2.* vocant potentissimum *Comitem* in Francia, passim postea iisdem Scriptoribus *Ducis Comitisque* appellatione venit. Similiter apud Anonymum illum quidem, sed antiquissimum tamen, utpote Arnolfo Imp. coævum, Historicum & Poetam Saxonem, à Reinerio Reineccio primò omnium ex augustissima bibliotheca Gvelferbytana hîc apud nos editum notisque illustratum, *lib. 1. annal. de gestis Caroli M. ad ann. 772.* tot penè *Duces* in Saxonia fuisse legas, quot fuerint *pagi*: & verò constat, illò potissimum ævò *Comitem*, non *Ducem*, pago præfici fuisse solitum.

Lehman. *lib. 2. chron. Spir. cap. 17.* Heider. *in act. Lindav. fol. 282.* Freher. *orig. Palat. lib. 2. cap. 4. § 5.* B. Dn. Conring. *de Rep. Imp. Germ. exerc. IV. de Ducib. & Comitib. Imp. §. 13.* ibi: imperante stirpe Carolinâ in historia Francia provinciarum gubernatores *Comites* seu *Graviones* plerumque appellantur, rarò *Duces*; & licet fortè ab Historicorum aliquo quis *Dux* dicatur, idem tamen ejusdem provinciæ ab alio *Comes* vocatur. add. B. Dn. Hachenberg. *German. med. dissert. 1. §. 9. 19.*

adeò illa *Ducum* atque *Comitum* vocabula sæpissimè apud Scriptores promiscuo in sensu usurpata & penè confusa reperiuntur.

vid. B. Dn. Henr. Meibom. *in demonstratione, quod Saxonia etiam ante Hermannum Billingium suos habuerit Duces, &c.*

unde non dubitat asserere Bertrandus d' Argentree *en l'histoire*

histoire de Bretagne lirr. 3. ch. 1. & ch. 64. titulum Ducis & Comitum olim indifferentem & æqualem fuisse; imò non defuerunt, qui, ut idem d' Argentree d.l. refert, putârunt, omnes, qui hodie sunt, Ducatum Ducumvé tituli & nomina, à Comitum titulo, tanquam priori & antiquiori, initium sumfisse: quam opinionem suam ut probent, adducunt varias literas instrumentaque, imprimis concilii IIX. Toletani, in quibus Comitem Duci fuisse præpositum notant.

add. Pancirol. notit. Imp. orient. cap. 1. § 70. ubi tempus fuisse dicit, quò Duces, in orientali non minùs, quàm occidentali Imperio, Comitibus fuerint postpositi. add. quæ de Friderico Comite Palatino Saxonix, Comite de Sommersburg &c. habentur in d. tr. de tit. Nob. pag. 14. & huc quoq; pertinet supra pag. 15. §. IX. laudata Friderici I. Imp. constitutio de pace tenenda in 2. Feud. 27.

imò non Carolinorum modò aut Ottonum, de quo Lehmannus lib. 4. chron. Spir. cap. 7. sed vetustioribus longè temporibus à Tacito & Cæsare, antiquissimis utique & primis quasi rerum nostrarum Scriptoribus, Principes appellantur, qui Comites tantùm Gravionesvé fuerunt.

vid. B. Dn. Conring. d. exerc. IV. de Ducib. & Comit. Imp. §. 6. junct. exerc. IV. de urb. Germ. §. 49. de sequiori ævo add. Lehman. lib. 2. chron. Spir. cap. 42. ubi Comites, durante adhuc Francorum Imperiò, non rarò Duces fuisse dictos bene observat.

& hodieque adhuc esse, qui, Comitatum licet saltem possideant Duces tamen dicantur, communiter docent juris publici Doctores, de Ducibus Burgundix hanc in rem exemplum afferentes.

Rhet. inst. jur. publ. lib. 1. tit. 17. §. 3. pro quibus tamen

men add. Ditmar. Merseb. *lib. 7. chron. pag. 201. ibi:*
 in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is, qui *Du-*
cis honorem possidet.

Sed & recentiora adsunt, ubi *Principes* nonnulli in titulis
 suis nomen *Comitis*, *Principalis* tamen, *Gefürsteten Graf-*
fen / Ducis ac Principis characteri præposuerunt, quemad-
 modum de Principibus Eggenbergicis, Johanne Christia-
 no & Johanne Seyfrido, patet ex subscriptione R. I. de
 anno 1654.

ibi: *Gefürsteter Graff zu Gräditsch | Hertzog zu*
Cruman und Fürst zu Eggenberg / ꝛ. vid. plur. *Limn.*
addit. poster. ad lib. 5. cap. 7. sub fin simileque jam antè
 in titulo, quem ipse Carolus V. Imp. usurpavit, obser-
 vare licet, hunc enim ille servari inter alia voluit ordi-
 nem: *Grafe zu Habsburg / zu Flandern / zu Tirol / zu*
Gurb / zu Barcinon / zu Arthois / und Burgundi /
Pfalzgrafe zu Hennegau / zu Holland / zu Seeland /
zu Pfirt / zu Kyburg / zu Namur / zu Robillon / zu Ter-
ritan und zu Zütphen / Landgrafe im Elsaß / Marg-
grafe zu Burgau / zu Oristain / zu Soziani / und des
heiligen Römischen Reiches Fürst zu Schwaben /
zu Catalonien / ꝛ. junctis sequentium nonnullorum,
 imò ex parte moderni gloriosissimè imperantis Leo-
 poldi Augusti titulis, quibus non rarò *Comitis* etiam
 absque *Principali* dignitate, nomen ipsi *Principali*
 characteri præpositum videas.

XIV. Huc deniq; etiam & *sexto* pertinet, quod, uti olim,
 vid. Jan. Doufa *in annal. Holland. Lehmann. lib. 2.*
chron. Spir. cap. 21. 22. 23. B. Dn. Cancell. Schütz sen.
vol. 1. colleg. publ. de Statu rei Rom. Disp. 8. th. 6. lit. C.
B. Dn. Conring. de Rep. Imp. Germ. exerc. IV. de Du-
cib. & Comit. Imp. th. 11. Gryphiand. de Weichbild. Sa-
 non.

xon. cap. 27. n. 11. Limnæ. lib. 4. de J. publ. cap. 3. n. 21. sub Duce multi Comites, (imò & hodie nonnunquam, quemadmodum Rheingravios certò modò Lotharingiæ Duci subesse, ratione scilicet Salmensis Comitatus, scribit Limnæus lib. 4. de J. publ. cap. 4. n. 93.) ita & sub Comite interdum: quomodo de Comite Theobaudò & Würtembergensibus id ipsum satis apparet ex d. tr. de tit. Nob. §. 7. pag. 16.

XV. Ut proinde, cum tot tantisque, iisdemque multò majoris sanè momenti, rebus permixta quasi sint & paria quodammodo *Principum* atque *Comitum* jura, suffragante præsertim ratione, tum ab æquiparatis, tum à majori ad minus ductâ, non adeò mirandum, neque ceu intolens quid habendum, quod *Comites* quoque interdum saltem, (quemadmodum de *Poloniæ Proceribus, Senatoribus & Palatinis*, nec *Principibus* fortassis, nec *Ducibus*, iis tamen nihilominùs à Pontifice hac in parte exæquatis, vel ex ipsis *electis feudalibus d. §. 13. fin.* dudum patuit.

add. Pius V. P. M. *lib. 4. epist. 10. & lib. 3. ep. 25. & 34.* ubi tum alios, tum imprimis Albertum, *Palatinum* *Siradiæ* in *Polonia*, eodem *Nobilis viri* titulo dignatur, &c.)

in communionem quoque *tituli, Principibus* aliàs proprii, haud invita admiserit *Curia Romana*; ejus rei tum alibi, tum ipso in *juris canonici corpore*, quod vocant, infinitis propemodùm extantibus exemplis.

ita *Gregorius VII. Comitem Burgundiæ* titulò *Nobilis & tuæ Nobilitatis* non minùs salutatur, quàm *Ducem Bohemiæ*; *lib. 1. ep. 38. & 45.* Idemque *Comitem Albertum* vocat *nobilissimum* ap. *Paul. Bernried. in vita Gregorii VII. pag. 57.* ita *Honorius* quoque III. in



cap. 1. de except. compilat. 5. Ludovicum de Loff, (sic enim legi debet) & Wilhelmum Comitem Hollandiæ appellat *nobiles Viros*, illiusque uxorem *nobilem mulierem*. Eugenius III. Alexander III. & Urbanus III. Adalbertum & Occarium fratres non modò *nobiles Viros*, sed quoque *illustres Comites*. in diplom. de anno 1150. 1178. & 1186. ap. Wigul. Hund. tom. 3. metrop. Salisb. pag. 400. § 404. Baluz. lib. 2. miscell p. 227. Clemens III. in *cap. 2. de divort. compilat. 2.* Comitem de Rimare vocat *nobilem Virum*. Innocentius III. in *cap. 16. X. de jurejur.* ibi: per *nobilem Virum R. Comitem*. item in *c. 2. de vita & honest. Cler. compilat. 5.* Comitem Pontini & Monstroliensis in Gallia *Viros nobiles* vocat; uti & Hugonem Comitem Marchiæ in *c. 1. ead. compil. de dote restit. post divort.* itemque Rogerium Comitem Fuxensem & Amalricum Comitem Tholosanum, datò etiam *nobilitatis* titulò: in literis de anno 1216. 1220. 1224. & 1225. ap. Baluz. d. lib. 2. miscell. p. 250. § seqq. & in not. ad Concil. Narbon. p. 37. Innocentius IV. Rudolfum Comitem de Habesburch, Gerardum de Gesincken, Henricum de Palma, Rudolfum de Vedisweiler, &c. vocat *nobiles Viros*, in literis de anno 1254. ap. Guillimann. lib. 6. Habspurgiac. cap. 4. Bonifacius VIII. Berengerum, Comitem de Leonberg æquè ac ipsius Dominos, Ottonem, Ludovicum & Stephanum, Baviariæ Duces, *nobilis Viri* axiomate condecorat in literis de anno 1297. quamvis Episcopus Ratisbonensis Conradus eundem Comitem Leonbergensem non majori, laudatos autem Duces Baviariæ *illustris* titulò tantum affecisset; apud Hund. d. tom. 3. pag. 416. § seqq. Bonifacius IX. in diplomate de anno 1402. quò Henrico medio Rutheno, Domino in Gera & Lobenstein

stein &c. Henrici Advocati in Gera & Elisabethæ Schwartzburgicæ filio secundò-genito, facultatem concessit, Lutradin, Comitis Theodorici de Hohenstein in Häringen filiam sibi que in tertio affinitatis gradu conjunctam, in uxorem ducendi, dictum Henricum non minus, atque Lutradin, *Nobilem Virum, Nobilem mulierem* appellat. ipsa diplomatis verba, prout illud ad nos pervenit, haud fortassis è re erit huc integra apponere; ita autem incipit:

„ Bonifacius Episcopus, Servus servorum Dei,
 „ devenerabili fratri Archiepiscopo Mogunti-
 „ ni salutem & Apostolicam benedictionem.
 „ Oblate nobis pro parte *dilecti filii NOBILIS VIRI Henrici COMITIS de Gera* Nuvvenburgēn Diœceseos & *dilecte*
 „ in Christo *filie NOBILIS MULIERIS Lutradis* quondam Theodorici Comitis in
 „ Hoenstein nate Domicelle tue Diœceseos
 „ petitionis series continebat quod ipsi com-
 „ munium consanguineorum & amicorum
 „ suorum interveniente trattatu pro pace &
 „ concordia inter dictos consanguineos & ami-
 „ cos conservandis desiderant invicem matri-
 „ monialiter copulari, sed quia dicti *Heinri-
 „ cus & Lutradis* tertio affinitatis gradu insi-
 „ mul conjuncti hujusmodi eorum desiderium
 adim-

„adimplere nequeunt dispensatione A-
 „postolica super hoc non obrenta, &c. &c.
 „finitur ita: Datum Rome apud Santtum Pe-
 „trum X. Kal. Novembris Pontificatûs nostri
 „anno duodecimo.

Sic quoque Pius V. *lib. 4. epist. 10.* Thomam Comitem Northumbriæ & Carolum Comitem Westemerlandiæ vocat *nobiles Viros*. Nec recentiora, si forsan, quæ hætenus allata, non suffecerint, desunt, ubi scilicet qui adhuc hodie Pontificiæ sedi præest Innocentius XI. bienniô abhinc & quod excurrit Comitis Stahrenbergii invictam animi fortitudinem humanissimè ad eum datis literis in hunc maximè modum collaudavit:

„*Dilecte fili, NOBILIS VIR*, salutem & A-
 „postolicam benedictionem! Invieta animi
 „magni constantia ac fortitudo, quâ adversus
 „immanes potentissimi hostis conatus Vien-
 „nam Austriæ feliciter propugnavit *NOBILI-*
 „*TAS TUA* &c. Fruere interim, *strenue*
 „*Vir*, gaudiis exultantium populorum in iisq;
 „inæstimabiles inclytorum laborum tuorum
 „fructus agnosce, dum *NOBILITATI*
 „*TUÆ* benevolentia nostræ testem Aposto-
 „licam benedictionem peramanter imperti-
 „mur. Datum Romæ apud S. Mariam majorem
 „sub annulo Piscatoris. d. xxv. Sept. M DC LXXXIII.
 Integras

Integras hasce literas exhibet Cl. Joh. Burch. Majus in
narrationibus vernalibus anni 1684. pag. 4. seq.

XVI. Sed ne longius *communibus* hisce *argumentis* immoremur; quæ quidem, quod haud inficiamur, penitus eadem consideranti composita magis & in speciem, quàm solida ac stringentia videbuntur, vastamque illam dignitatis locique, quæ Princeps inter & Comites nihilominus manet, distantiam minimè tollunt, ut ipsi etiam Comites eodem vel non multò inferiore, quàm quò Equestres & Plebeji, Principes venerentur honoris titulò, *Durchläuchtigste / Gnädigste Herren / Ew. Hochfürstl. Durchl. &c.* ipsi quoque ab Imperatore, perinde ac alii inferiores, in literis, sive ex aula, sive ex Imperialis Cancellariæ Cancellaria prodeuntibus, tuissentur seu tibizentur, werden geduzet / e. c. Wir Leopold / r. r. befehlen Dir r. sive fügen Dir N. N. Graffen von N. hiermit zu wissen / r. imò & in *Principibus* nonnullis, *Comites*, sed feudali nexu sibi devinctos, *tuissantibus*, sæpius id observare licet;

conf. d. tr. de tit. Nob. §. IX. pag. 17. & seq.

ad alteram jam visionem properandum nobis erit addendæque, quæ illustrissimis *Schwartzburgicis* magis *proprie* sunt, rationes peculiare, ob quas Romana curia illos eorumque similes sacri *Imperii Comites* in *Principalis* aliàs characteris communionem haud invita admiserit titulòque *Nobilium Virorum* honoraverit: ut tantò adhuc clariùs constet, haud quaquam ea tantum propter hoc factum arbitratum esse Parentem venerandum, quod inter *Quatuor viros Imperii* reperiantur *Schwartzburgici* & *Imperio caput* dederint Güntherum; prout quidem Cl. *THÜLEMARIO* non potest non esse persuasum.

XVII. Illæ autem, quas *Schwartzburgicis* fecimus *magis proprias*, rationes iterum non incongruè hunc ma-

D

ximè

ximè in modum distingui posse videntur, ut earum alias iis communes cum *multis* & ingenere, alias cum *paucioribus* & in specie dicamus; Et verò quæ cum pluribus ipsis sunt communes, partim jam tum à nobis sunt recentitæ, partim adhuc memorandæ: videlicet cum eminentioribus liberis & *immediatis* Imperii Comitibus communis ratio est, quod hi *Comites* non aliis Ducibus (respic. §. XIV. p. 20. seq.) sed soli Imperio subiecti, adeòque *liberi & immediati*, Principibusque olim exæquati fuerint: confer. *supra* §. XIII. pag. 17. seqq. in tantum etiam, ut, quamvis peculiare postmodum in Comitibus votum haud obtinuerint, aut obtentum fortassis perdiderint rursus atque amiserint, *eminentia* tamen quædam ac *prærogativa, titularis* saltem, præ reliquis Comitibus in hunc usque diem illis adhæserit adhæreatvé.

vid. cit. in *d. tr. de tit. Nob.* §. XIX. pag. 31.

XVIII. Sed & eximia illa atque omnem propè memoriam excedens *familiæ vetustas*, quæ uti aliàs & in genere ad nobilitatis atque eminentiæ splendorem haud parum confert, ita Schwartzburgicis eorumque similibus Comitibus singularem sanè prærogativam conciliare idonea est: hanc enim celsissimam domum, à *Witichindonigro*, qui, annò seculi IX. quinquagesimò primò Saxonum adversus Francos belli Dux, primus à Carolo M. Imp. renunciatus fertur Comes Schwartzburgicus,

vid. Laurent Peccenstein *part. I. theatr. Saxon. cap. 15.* descendentem (ut ut multò adhuc antiquiorem esse, quam ut ab hoc Witichindo inchoetur, habeant annales Stolbergiani & Gleichiani, referente & plures hanc in rem citante Jac. Andr. Crusiò *lib. 4. de præcedent. cap. 20. n. 2.*) & ob tantæ *antiquitatis venerationem* reliquis Comitibus in circulo Saxonico superiori, veluti Comitibus de Stolberg,

berg, de Solms, de Hohenlohe, Mansfeld, Barby, &c. prælatam esse interque Comites istos ac Dominos directorium gerere scribit ipse, aliàs iis non valdè amicus, Benjamin Leuberus.

in Magdeburg. Stapel-Unfug num. 834. & seq. Et hinc est procul omni dubio, quur nonnulli Comites Imperii se non simpliciter *Comites*, *Grassen* / sed, singularis honoris eoque spectantis discriminis ergò, cum additione elogii *antiquorum*, alte *Grassen* / dicant dicique voluerint: Ita Comites, hodie Principes, de Salm ipse Imperator salutare dignatus est die hochgebohrne unsere nund **des Reichs alte Grassen** / &c. & nescio, an non pari quoque jure huc referri possit, quod Comites de Ortenburg se appellare consueverint **ältere Grassen von Ortenburg** / &c. vid. subscript. R. I. de Anno 1570. ibi: Authou Grave zu Orteuburg / Röm. Käyserl. Majest. Hoff-Rath / vor sich und von wegen Joachimen und Ulrichen / Bevättern / der älteren Graven zu Ortenburg / &c. subscript. R. I. de anno 1582. ibi: Joachim der älteren Graven / Grave zu Ortenburg / &c. Henrich der älteren Graven / Grave zu Ortenburg / &c.

quæ sanè res Christophorum Besoldum, Ictum historiae peritissimum, eò induxit ut *parte IV. consil. 105. quest. 1.* vel solâ hâc denominatione *antiquorum Comitum*, **alte Grassen des Reichs** / Principalem dignitatem innui statuatur. nec aliò fortassis pertinet, quod illustrissimi Waldeccii scriptum edi curârunt, quò probetur, daß die Herren Grassen zu Waldeck uhr alte Reichs-Grassen seynd.

XIX. Prætereà quanquam sola tituli *Dei gratiâ* usurpatio Principalis aut huic proximæ dignitatis singulare argumentum haud videatur, cum &, si vetustiora maximè respiciamus tempora, *mediatos* quoque & *Land-*

sasios aliosque minus potentes immediatos titulum hunc *Dei gratiâ* nominibus suis addidisse deprehendamus, quemadmodum de Comitibus de Hohenberg, Falckenstein, Loen, Gleichen, Rheinstein, Lutterberg, &c. Burggraviis de Kirchberg, nec non Nobilibus de Niffen, &c. ex literis seculô XII. XIII. & seq. scriptis satis apparet: imò & *Legati* seu *Deputati* ad tractatûs pacis & fœderum, *Præpositi* & *Decani* Ecclesiarum cathedralium, *Abbat* *mediati*, *Comites Palatini Cæsarei*, *Kaiserliche Hoff=Psaltz=Grassen* / aliique idem nonnunquam fecerint, ridiculaque sit magis illa Magistelli cujusdam titulatura, quam ut hîc referri mereatur, qui, observante Cl. Becmanô *in notit. dignitat. illustr. dissert. 2. cap. 3. §. 8.* scripto alicui à sese edito nomen suum hunc fermè in modum præfixisse dicitur: Confutatio Judaicæ sectæ Magistri Johannis Baptistæ *gratiâ Dei* artium & Medicinæ Doctoris;

vid. cit. *in d. tr. de tit. Nob. §. XXX.* Becman. *d. l. in specie* verò de Legatorum titulo *Dei gratiâ* Cl. Kulpis *de legationib. statuum Imp. cap. 16. §. 15.* ibique cit. nostris tamen singularem ex eo prærogativam accedere manifestum est, quod tituli illius usu non tantum præscis seculis unà cum aliis, superioribus pariter atque æqualibus, quin & inferioribus, gavisi sint; sed etiam eundem usque ad nostra tempora constanter retinuerint, dum interea, magis magisque exultâ titulari philosophiâ dignitatumque Ordinibus accuratiùs discretis, eminentior ille titulus solis Principibus iisque, qui parem cum iis aut proximum dignitatis gradum obtinent, proprius quasi remanserit, ac proinde à paucis ex *Comitum* ordine retentus, omissus verò etiam à potentioribus fuerit, v. g. Hanoviciis, Nassovicis, Ruthenis, Ost-Frisicis, Solmensibus, &c.

add.

add. d. tr. de tit. Nob. §. *XIIIX. XXV. XXVI.*

XX. Ingens porrò dignitatis incrementum hisce *Comitibus* eorumque titulis splendor maximus inde quoque accedit, quod *integrarum provinciarum & conclusorum territoriorum*, geschlossen Land vocant, Domini sint; non castri tantum alicujus civitatisve aut ejusmodi regiunculæ, quam vulgò præfecturam seu Ambactam, ein Amt/vocant: è quo genere fortassis fuit Albeccensis ille Comitatus, quem Werdenbergensis Comes libis dulciariis ab Ulmensibus acceptis infumfit, prout testatur Felix Faber *lib. 2. Histor. Suev. cap. 4.*

conf. d. tr. de tit. Nob. §. *XVIII.*

XXI Cum primis verò ex communibus supra allatis rationibus huc quoque referri meretur, quod nostri Comites Imperatorum, Regum Ducumque familiis per conubia sæpius innexi fuerint: quæ res quanti aliàs sit momenti qualesque producere soleat dignitatis prærogativas, non hujus loci est pluribus exponere; titulorum certe decus magnam exinde quoque partem augeri nemo est, qui ignorat, aded ut nec ipsi augustissimi Cæsares dubitent illustres ejusmodi nuptias numerare inter causas, ex quibus incrementum dignitatis ac titulorum splendoris aliàs quoque præclarè merentibus conferre consueverint. & notari imprimis merentur Divi Ferdinandi, II. Imp. verba in diplomate Hohenzolleranis Comitibus anno 1623. dato, :

Sie auch jederweilen mit den vornehmsten Chur- und Fürstl. Geschlechtern im Röm. Reich sich verheyrathet und befreundet haben/ &c. so haben wir demnach aus ob-angezogenen und mehr anderen Ursachen/ &c. apud Besold. *in thes. pr. lit. F. n. 73.*

Serenissimos quoque Sabaudiaë Duces eò, quod maternum ipsis à Regibus genus, titulum *celsitudinis Regiæ*, Königl.

nigl. Hoheit / meruisse conjectat Dn. Feltmannus *lib. 1. de titul. honor. cap. 21. n. 18.* Et complura ab illustrissimis quoque Imperii nostri Comitibus, ea propter, quod Regum, Electorum & Principum familiis digni sint visi, quibuscum nuptiarum jungerent foedera, singularem dignitatis splendorem merentibus, desumere liceret exempla, nisi de Schwartzburgicis cum primis id ipsum satis foret in confesso ex *Triplicis Sereniss. Ducis Saxon. Altenburgici nomine in Camera Imperiali die VI. Mart. anno 1665. productis.*

ibi: das die Herren Graffen zu Schwartzburg seither mit einem Röm. Könige / auch Chur- und Fürstl. Häusern durch Heyrathen sich befreundet / *rc. vid. d. tr. de tit. Nob. §. XXVII.*

XXII. Non rarò quoque ex Comitum nostrorum familiis lecti, qui sacros regerent Imperii Principatûs, nec Episcopatûs tantum, sed Archi-quoque Episcopatûs; quæ non exigua splendoris eorum habenda accessio: quamvis enim Equestri etiam locò natis, Doctoribus item & aliis ex eruditorum ordine, (vom gelehrten Staude) quòcunq; cætera ortis sanguine, non rarò id honoris quoque obtigerit; ex una tamen & eadem familia pluribus, quod hîc maximè notandum censemus, id obvenisse, haud temerè fortassis reperietur.

d. tr. de Tit. Nob. §. XXVII.

XXIII. Quibus omnibus ex abundante visis paucis adhuc ea sese lustranda offerunt, quæ ad alteram supra classem relata, inclytis saltem *Schwartzburgicis propria*, aut cum aliis quidem *Imperii Comitibus*, sed admodum paucis, imò nullis aut paucioribus saltem, sunt communia. ubi omninò & primò velut locò considerari meretur, quod insigni illi ac vetusto *Principum & Statuum Imperii privilegio,*

gio, quò eos extra Imperii limites, außserhalb teutscher nation, in jus vocare nemini, ne ipsi quidem Imperatori, licet, mit rechtlichen oder gütlichen Tage-Leistungen außserhalb teutscher nation nicht tringen/ erfordern und vora-
bescheiden/

uti habent verba capitulationum *Ferdinandi II. art. 13. Ferdinandi III. art. 17. Leopoldi I. art. 18. add. capitulat. Caroli V. art. 15. Ord. Cameral. part. 2. tit. 7. Limnæ. lib. 4. de J. P. cap. 7. n. 87.*

Comes de Schwartzburg, ne fortè pateretur aliquod deliquium, *Protector* seu *Conservator* ab Imperio sit datus.

Krantz. lib. XVI. Saxon. cap. 38. Gryphiand. de Weichbild. Saxon. cap. LX. n. 17. Mart. Mager. à Schönberg de advocatia arm. cap. XVII. n. 186. B. Dn. Cancell. Schütz sen. vol. 1. de S. R. R. Diss. IIX. tb. 19. lit. C. Limnæ. ad capitulat. Caroli V. artic. 15. & lib. IV. de J. P. cap. 8. n. 87.

quod quidem protectionis jus quò rarius minùsque frequens non Comites modò, sed ipsos inter Imperii nostri Principes, eò certè plus honoris dignitatisque nostris addit Schwartzburgicis: qui tamen, quod haudquaquam, hòc præsertim locò, prætereundum, socios quasi hac in re habent Serenissimos Electores Comites Palatinos Rheni, quibus protectio *Ahenariorum*, der *Keßler* / *Keßler-Handwercks*/

vid. *Limnæ. lib. III. de J. P. cap. 9. n. 83. add. Churf. Pfälz. Land-Ordn. tit. 32. Mager. à Schönberg d. tr. cap. XV. n. 120.*

& Comites Hohenloicos, welche einen gleichen Schirm über die *Keßler* haben/

uti putat *Christoph. Besold. thes. pract. lit. K. n. 17.*

nec non Marchiones Brandenburgicos, quos de ejusdem
opificii

opificii protectionis jure investitos esse ex literis investitu-
ræ de annis 1444. & 1582. patet,

apud Limnæ. *lib. V. de J. P. cap. 7. n. 141. seqq. &*
tom. 1. addit. ibid.

similiter Serenissimos Duces Würtembergicos, quibus
judæos protegendi jus, sed in certis tantum provinciis &
ad tempus saltem, ab Imperatoribus datum;

vid. literas Friderici III. Imp. apud Goldast. *in constit.*
Imperial.

hos inquam omnes & fortassis adhuc plures habent qua-
si in ejusmodi protectionis jure socios illustrissimi Schwartz-
burgici; sed istorum juri materia haud paulò ignobilior as-
signata *abenariorum & judæorum*. ut & hinc quoque singu-
laris eorum prærogativa ultrò velut emineat.

add. cit. *in d. tr. de tit. Nob. §. XXIX.*

XXIV. Nec aliò, quàm ad insigne dignitatis nostro-
rum augmentum, pertinet, quod honore quoque *Sacri*
Romani Imperii officii hæreditarii, neque vicarii alicujus
aut secundi, sed *primarii & principalis, Præfecturæ* scilicet
venationum, des Reichs-Jäger Meister-Amtes / unà cum
Marchione Misniæ, Friderico strenuo, in diæta à Carolo
IV. Imp. annò 56. seculi XIV. Metis habita functus legatur
Comes à Schwartzburg, referente illò rerum Imperii
peritissimò & judiciosissimò Scriptore, Christophorò Leh-
mannò,

lib. 7. chron. Spir. cap. 35. pag. 781. ibi: Endlich kah-
men geritten der Marggraff von Meyssen und
Grass von Schwarzenburg / führten die besten
Hunde mit sich / machten mit ihren Jägern und Jä-
ger-Hornnen ein groß-Gethöne / erlegten in Gegenwart
des Käysers einen trefflichen Hirsch und ein überaus
groß wild Schwein / c. & in indice poster. lit. S. ibi:
Grass

Graff von Schwartzburg ist des Reichs Jäger-
Meister / führet auff dem Reichs = Tage zu Metz die
 besten Hunde mit sich und verrichtet samt dem Marg-
Graffen von Meyssen in Gegenwart des Kaysers
 sein Amt / und Gebühr / ꝛ.

ut aded *Schwartzburgicus* hicce, quisquis etiam ille fuit,
 nam de nomine haud certò constat, utpote inter ministe-
 riales seu *officiales Imperii* Electoribus, Ducibus ac Princi-
 pibus mixtus & Marchioni Misnensi, tanquam *speciali*,
 ut ita loquar, in officio *collegæ*, proximè junctus, nomi-
 ne quidem *Comes*, sed re *Princeps* fuisse haud immeritò
 videri posset: præsertim cum ista *Imperii*, & quidem *cu-
 rialia*, *officia*, Reichs = Meister / penes alios, quàm Princi-
 pes, unquam fuisse vix reperiatur. in hoc certè splendi-
 dissimo *Venatoris Imperialis* munere, Reichs = Jäger = Mei-
 ster = Amt | præter *Marchiones Misniæ*, de quo jam con-
 stitit, celsissimos quoque & potentissimos è *Ducum* ordi-
 ne, *Austriæ* scilicet, *Carinthiæ* & *Württembergiæ*, cum
Schwartzburgicis concurrere & quasi certare videmus.

vid. Marqu. Freher. *ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 15.*
in fin. & reliqui cit. *in d. tr. de tit. Nob. §. XXX.*
pag. 45. add. personatus iste Cæsarinus Fürstenerius
de suprematu Princ. Germ. cap. XLII.

XXV. Accedit quoque singularis ob *Quatuorviratum*
 prærogativa, quæ cum nostros reliquorum utique nume-
 ro eximere videatur, vel sola propemodùm sufficere cen-
 senda est, si non ad ipsam dignitatem *Principis*, ad *proxi-
 mam* saltem *parilesq;* Schwartzburgicis titulos adstruendos.
 Quanquam enim istam in *quaterniones* membrorum Impe-
 rii distributionem pro vera & genuina publici nostri juris,
 quod dicunt, portione agnoscere non desint, qui detre-
 ctent, Viri, hòc imprimis, quod de jurisprudentiæ istius
 E parte

parte præclarè sint meriti, undequaquæ celeberrimi; utpote quam omni idoneo fundamentò & testimoniò historico destitui, nec nisi otiosorum hominum, Pictorum Poëtarumvé ineptum ac inane commentum, putidum ac anile figmentum, inane & histrionium spectaculum, proindeque in fabulis potius, quàm tabulis consistere ac inter paleas juris publici habendam constanti censurâ asserunt;

Marqu. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo cap. 16* Be-
at. Rhenan. *lib. III. Rer. German.* Hartm. Maur. *in*
descript. coronat. Imp. Caroli V. Wigul. Hund. *p. 2.*
Des Bâyrischen Stamm Buchs. B. Dn. Conring.
de Rep. Imp. Germ. exerc. 1. §. 40. & in dissert. MSS.
de Rebusp. &c. B. Dn. J. C. Dieterich. *histor. August.*
Imp. Saxon. in Ottone III. n. 3. pag. 38. seq. Benjam.
Leuber. *in Magdeburg.* Stapel *Unfug n. 817. &*
seqq. ubi n. 826. præ aliis lepidè, ut fibi videtur, qua-
ternarium istum numerum h. m. exagitat: Ist wun-
der / daß diejenige / so diese quaterniones zusammen
gedichtet / gestücket und geflicket haben / nicht auch vier
Lebtisinnen / vier Universitäten / vier Künstler / vier
Hand-Wercker / vier Tag-Löhner / vier Pflegen / vier
Söwen / vier Häusser / vier Gärten / vier Felder / vier
Krüge / vier Kretschem / vier Ströhme / vier Bäche /
vier Seen / vier Teiche / vier Wälder / vier Werder / &c.
vor Glieder des Reichs mit an-gesetzet haben: dann der-
gleichen sich auch im Reich / theils mit nicht geringen
Privilegien und Freyheiten / von Römischen Käysern
ertheilet / so gut und wol befinden / als die angesetzte
vier Bürgen / vier Dörffer / &c. &c. add. B. Dn. Boe-
cler. *lib. 3. Notit. Imp. cap. 3. in append.* Cl. J. C. Becman.
meditat. polit. cap. 11. §. 8.

non desunt tamen in contrarium rationes, istam in quater-
niones

niones distributionem si non veram, vero tamen admodum similem reddentes, quas à testimonio Felicis Malleoli, autoritate Sigismundi & Friderici III. Imperatorum, Petri de Andlo, Alberti Marchionis & Electoris Brandenburgici Imperiique Vicarii, Chronicorum Noribergensis, Sebastiani Franci, & Coloniensis, Hartmanni Schedelii, Johannis Friderici Electoris Saxonici, Imperatoris omniumque Principum ac Statuum Imperii *in Recess. comit. Erfurt. de anno 1576.* subscriptionibus variorum Imperii Recessuum, Ferdinandi II. & III. Imperatorum & Christophori Bernhardi de Galen, Episcopi Monasteriensis auctoritatibus ac testimoniis petitas, ordine suo prolixè jam tum recensuit Parens Venerandus.

in d. tr. de tit. Nob. §. XXXIV. XXXV. & XXXVI. & novissimè quoque huic opinioni favet clarissimus in illustri Ludoviciana Jctus, Dn. Frid. Nitzschius *in notis MSS. ad Bœcleri notit. Imp. d. l.*

XXVI. Neque prætereundum erit eminentissimum illud Schwartzburgicæ suæ familiæ summumque decus, *Güntherus* inquam glorios. memor. Imperator Romanus, à quatuor Electoribus, Henrico de Virneburg Moguntino, Rudolpho Palatino, Erico Saxone & Ludovico Brandenburgico annò quarti & decimi seculi XLIX, contra Carolum IV. solenniter electus,

Menr. Rebdorfens. *annal pag. 443. 445. edit. Freheri Francof. 1600.* Trithem. *chron. Sponheim. pag. 220. 221. edit. Francof. 1601.* Chronicon Limpurg. *p. 8. edit. Heidelb. 1617.* Nauclerus *2. gen. 46. f. 255. edit. Tubingæ 1516.* Aventin. *lib. 7. pag. 634. edit. Basil. 1580.* Cuspinian. *pag. 475. 481. 482. edit. Basil. 1561.* Lehman. *lib. 7. chron. Spir. cap. 34.*

qui ob virtutem, imprimis bellicam, cujus sub Ludovi-

co IV. Imp. illustria jam tum dederat specimina complura, ab Historicis non satis laudatus, plus quàm tribus abhinc seculis illustrissimum domûs suæ sidus extitit perpetuum-que eidem ornamentum reliquit.

XXVII. Accedit & illud, quod ipsa *Principalis dignitas*, *Gefürstete Gräfl. Würde* / illustrissimis nostris competere dudum constiterit, ut in Comitibus jam tum de anno 1576. *jus sessionis & voti in Senatu Principum*, contradicente saltem Serenissimâ domo Saxonica, obtinuerint, vid. replic. Saxon. contra Waldeck ex *Limnæ. tom. IV. J. P. Sc. in d. tr. de tit. Nob. §. XLIX.* ibi: es hätten die Graffen von Schwarzburg anno 1576. auff gemeinem Reichstag ein Privilegium einer sonderbaren Session im Fürsten-Rath erlanget / welches nachgehends von Kaysern zu Kaysern confirmiret worden / &c. neque etiam vero sit simile, solos *Schwartzburgicos* fuisse aut mansisse deterioris conditionis, quàm reliquos quatuor-Comites ex quibus proximi eorum in quatuorviratu Collegæ, *Clivensis & Sabaudus* ante duo & quod excurrit secula Ducalem in ordinem sunt evecti. quicquid enim sit de jure sessionis & suffragii, de *Principali* certè *Comitum* horum dignitate, *Gefürsteten Gräfl. Würde* / disertè satis Felix Malleolus, aliàs *Hammerlein* / *Decretorum Doctor & Præpositus Soloduriensis & Cantor Thuricensis Ecclesiæ, Theologus & Jctus* suâ tempestate (vixit autem circa ann. 1426.) non indoctus rerum Imperii, Vir de cætero antiquâ virtute & veritatis ad carceres & vitæ discrimen usque defensor acerrimus, cujus non contemnenda extant ad historiam pariter ac jus publicum German. illustrandum opuscula non una, nec inepta.

in dialogo de nobilitate cap. XIV. ibi: *Sunt COMITES*, qui propter virtutum merita, strenuitatis insuper

per

per actus mirificos apud imperialis Majestatis serenitatem meruerunt **DUCIBUS ÆQUIPARARI & PRINCIPES** propriè cum sua posteritate nominari, ut sunt Comites de Henneberg, de Clevis, de **SCHWARTZBURG**, Zilia, Gortzens. & hujusmodi. sunt tamen minimi inter terræ Principes, **PRINCIPUM** tamen **PRIVILEGIÒ** gaudentes.

majus autem dictis nostris supra jam laudatus Krantzius, quâ est auctoritate magnique judicii famâ, addit pondus, cujus ex lib. 6. metropol. cap. 22. præsentis negotio imprimis inservientia verba huc quoque apponi vel maximè merentur; ita ergo ille: *Sunt in iis* (Comites intelligit) *qui PRINCIPES habentur, de Anehold & de SCHWARTZBURG, & qui sunt alii. ex domo quidem de Anehold prodierunt Principes, videlicet de Brandenburg Marchiones, & Saxonie Duces inferiorum partium. de SCHWARTZBURG autem domus etiam Imperatorem habuit Güntherum, qui Carolo IV. cessit. ea si sit domorum in nobilitate porrectio, ut inde numerentur inter Principes, quærite quos agitat mundi labor &c.* hæc Krantzius. qui quod Schwartzburgicos alio in loco (vid. lib. 9. Saxon. cap. 22. & lib. 8. metrop. c. 13. & 15.) vocet *Comites Principales* seu *Landgravios*, jam dubitavit Parens, an hîc adduci, an verò inter munda potius operis egregii reputari mereatur debeatvè, cum tantæ socordiæ Krantzius aut imperitiæ arguere, impium fortassis esset. Ut proinde cum hoc quoque in passu *Principibus* nobilitate suâ ab antiquo etiam tempore *parificatos* pateat Schwartzburgicos, ut verbis utamur Caroli IV. Imp. in diplomate de anno 1363. *Burggraviis Noriberg. dato supraq. S. X. pag. 16. ex Limnæo à nobis citato,* vel hæc quoque sufficiat ratio ad pariles istis cum Principibus conciliandos titulos, cum ex hoc solo, voti

scilicet & sessionis peculiaris in Imperii comitiis jure, quod vel maximum Principalis characteris criterium argumentumque haberi solet, pro *Principibus* imperii reverà haberi atque agnosci mereantur. Nec movere quempiam debet, quod, cum inter *Principes* sessionem ceperint *Schwartzburgici*, titulò tamen nomineque Principis, quò hujus tuerentur jus dignitatis, abstinerint, cum scil. nemo tam credatur modestus honorisvé sui incuriosus, si rem habeat, titulum negligere, & aliàs quoque nihil ferè gratius aut popularius, quàm absque etiam re titulos usurpare & ultrò ostentare, idque cautum vulgò politicumvé & inter remedia conservandarum suarum in regiones atque provincias prætensionum præcipuò velut locò à Magnatibus habeatur; salva enim res est & non ineptè huc quoque transferri posset, quod in sæpe laudato Caroli IV. Imp. diplomate Burggraviis Noribergensibus anno 1363. concessò habetur, ubi dictis Burggraviis neutrò modò exinde ullum subnasci posse dicitur præjudicium, quod *nonnulli prædecessores eorum hujusmodi libertates & honores in aliqua parte sic neglexerint, & eas prosecuti non sint tali diligentia, quod in hominum communi permanerent notitia, sicut dignitas & honores officii Burggraviatus hujusmodi meritò requirebat.*

apud Limnæ. d. lib. V. de J. P. cap. 7. num. 130. add. diploma Leopoldi I. gloriosissimè hodie Imperantis, illustrissimis Ruthenis anno 1673. concessò, ibi imprimis: Daß obwolen nach des letzteren Burggraffens zu Meissen in anno funffzen hundert zwey und siebenzig erfolgten tödtlichen Abgang die übrige Meissen von Blauen und ihre Descendenten aus gewissen Ursachen sich des prædicats der Burggraffen zu Meissen und Graffen zu Hartenstein enthalten; so weren sie denoch

noch dessen ohnerachtet Graffen und ohnmittel-
 bahre Stände des Reichs verblieben / auch mit
 immediat-Herrschaften begütert und bis dato allen
 andern des Heyl. Röm. Reichs-Graffen in sessione &
 voto jederzeit gleich / auch theils derselben vorgesezet
 worden / *rc. apud Pet. Beckler. illustr. stemm. Ruthen.
 pag. 456. seq. add. quæ de Comitibus Hennebergicis,
 quamvis anno 1310. Principibus creatis, non hoc ta-
 men, sed Comitum nomine, Graffen und Herrn zu
 Henneberg / usis; de Würtembergensibus item ac Nas-
 soviis ab Adolfo Imp. descendentibus, utut similiter
 Principali dignitate ornatis, titulô tamen Principali
 abstinentibus; & de Potentissimis imprimis Brunswi-
 censium ac Lyneburgensium Ducibus, quos viginti,
 triginta pluresvé in ditione sua habere constat Co-
 mitatûs interque eos, qui amplitudine ac potentiâ
 cum Principatibus omninò certent, duorum tamen
 duntaxat Ducatum, Brunswicensis ac Lynæburgen-
 sis, nomina suis pro titulo adscribentibus, &c. ha-
 bentur in d. tr. de tit. Nob. §. L. pag. 68. seqq.*

Quæ & similia complura cum nemini, uti, credo, satis
 patuit, nocuerint, nec *Schwartzburgicis* illustrissimis frau-
 di esse debet innocua illa sive modestia, sive incuria ju-
 risque sui quasi generola quædam dissimulatio.

conf. dicta cit. tr. de tit. Nob. §. LII.

XXVIII. Sed nec, omnibus quæ hætenus allata probè
 pensitatis, potest non ex illis à Dn. Fritschio allatis diplo-
 matibus bullisvé Pontificis novum quæri atque accre-
 scere *Schwartzburgicis* illustrissimis dignitatis robur, dum
 & titulorum Principali utique æqualium decus & splen-
 dor exinde quoque cognoscatur: uti enim omnium eo-
 rum, quæ de titulo Nobilis priscoque curiæ stylo dicta hæte-

hactenus, immane quantum rudes ignarosque oportet fuisse, qui Ottonem illum de Bodeleube ex eo, quod seculô XIII. quô vixit, *Nobilis Vir* fuerit salutatus, non *Comitem*, sed inferioris subsellii, *ministerialem* fortasse, extitisse collegerunt apud Cyriac. Spangenberg. *lib. 2. chron. Henneberg. cap. 18.* similisque ignorantiae omninò reus pronunciandus foret, qui Henricum Tuschel Baronem vel Iohannem Andream de Auria, militem Genuensem, & Fernandezum de Vasconcellos, Governatorem Brasiliae, ob idem à Gregorio XII. & Pio V. ipsis datum *nobilis Viri*, elogium, ap. Hund. *tom. 3. metropol. Salisb. p. 420. & lib. 3. epist. Pii V. epist. 25. & 34.* vel Palatinos Poloniae, de quibus supra §. *XV. p. 21.*, propter similem olim à Papali curia reportatum titulum *Principibus* accensere velit; Longè verò rectiùs Burggravii Noribergenses & Magdeburgenses, quod hi à laudatissimo ac piissimo Electore Saxoniae Johanne Friderico imò ab ipsis seculô XIII. & XIV. Imperatoribus, illi à Carolo IV. Imp. &c. salutati fuerint *Spe-ctabiles, Achtbahre &c. Principes* esse judicantur: ita argumentatione profectò non minùs probabili quis intulerit, quos *Curia Romana, & quidem non antiquioribus illis, mirâ titulorum con-ac profusione laborantibus, sed tribus aut quatuor proximis abhinc seculis, Principali NOBILIS, NOBILIS VIRI, Edle Manne/NOBILITATIS, &c. titulò insignivit COMITES, dignitatis quoq; Principalis compotes esse olim vé fuisse.* præsertim cum eodem circiter tempore Ludovicus Bavarus Imp. *dilectus tantùm filius, NOBILIS VIR* in bulla papali salutatus dicatur Aventino, vid. *vindic. Anhalt p. 89.* nec non Philippus Franciæ seu Galliæ Rex *in c. un. de torneam. in extravag. Joann.*

ibi: Nos ad *dilecti Filii NOBILIS VIRI*, Philippi &c. (sic enim legendum, pro eo, quod nonnulli
Codices

Codices aliter habent, vid. *d. tr. de tit. Nob.*
§. LIV. pag. 73.)

haud splendidiorē nactus sit, ut de Regum filiis seu infantibus, Ducibus aliisque Principibus nihil nunc dicamus, utpote nec ipsis ampliore, ac *Nobilium Virorum* inscriptione, creberrimè ornatis: neque huc trahamus, quod apud *Francos* hanc consuetudinem, ut *Regis titulis* vocabulum *Nobilis* adscriberetur, diu mansisse testetur talium peritissimus B. Dn. Hachenbergius *dissert. II. German. med. de generib. sive ordinib. vett. Germ. §. 4.* sæpius quoque potentissimi in Imperio *Principes* ac *Duces* vocabulô isthòc *Nobilis* ab Historicis insigniti reperiantur,

prout Luitdolfus, Henrici aucupis avus, ex Witekindi Saxonum Ex-Regis posteritate oriundus, *nobilissimus Dux Saxoniae* appellatur ab Abbate Stadenfi Alberto *ad ann. 1024. fol. 115. 2. edit. R. Reineccii Helmst. 1587. &c.*

nec ipsos augustissimos Imperatores titulum huncce *Nobilis*, *Nobilissimi* omninò fastidisse constet,

quam in rem. vid. *l. 3. ff. de natal. rest.* ibi: *NOBILISSIMUS* Imperator. *inscript l. 11. C. de transact.* ibi: *NOBILIS* Cæsar. *l. 1. C. de feriis.* ibi: Imperatores Constantius & Maximianus AA. Severus & Maximianus *NOB. CC. l. 15. C. de pact. l. 3. C. qui bon. ced. poss. l. 6. C. de liberali causa. l. ult. C. de privileg. eor. qui in sac. palat. mil.* ibi: Honorio

norio NB. P. i. c. **NOBILI PUERO**

l. 14. C. de religios. & sumt. funer. l. 5. C. de juris

& facti ignor. & c.

& paucis abhinc annis, annò scilicet præsentis seculi secundò & quinquagesimò, modernum Galliaë Regem **LUDOVICUM XIV.** nobilissimi Regis elogiò mactaverit ipse David Blondellus *in dedicat. assert. geneal. Franc.* hæc inquam omnia, & plura fortassis, nos haud morabuntur, cum satis jam sit certum, nequaquam proletariæ conditionis hominibus titulum hunc arripere tribuivè fuisse licitum, & quam jamjam inhuimus argumentationem ab ejusmodi titulo, à Curia Romana *Comitibus* tribus vel quatuor proximis abhinc seculis dari solito, ad ipsam dignitatem Principalem iisdem asserendam, sic satis reddita sit probabilis: ut tamen ipsam illam illationem hodie quoque per omnia procedere affirmare vix ausim.

XXIX. Sed nec hæc tanti adeò esse videntur, ut ultiolem poscant discursum, cum præsertim, si cum iis, quæ hætenus dicta quæque à Parente nostro fusiùs proposita luculentiusque multò firmata, conferre cuiquam placuerit *Thülemarianam* istam, dissertationem dicam, an censuram, nihil certè poterit esse evidentius ac palpabilius, quam, ne quid gravius dicam, nec lecta Auctori ejus, nec relata fideliter relectavè, esse Parentis venerandi verba, ne minimam tamen obscuritatem præ se ferentia; proindeque nimiam fortassis confutandæ istiusmodi censuræ, certè absque populi suffragio latae, impendimus operam, cum vel tribus verbis satis fuisset
indi-

indicâsse, haud mediocrem à Cl. *THÜLEMARIO* Parenti factam injuriam, talem eidem affingendo mentem, qualis nunquam fuit aut esse potest: Nemo enim, cui sanum modò est sinciput & cui

de meliori luto finxit prœcordia Titan,
non videt, longè plures & majoris multò ponderis rationes pro illustrissimorum Imperiî nostri Comitum, & Schwartzburgicorum imprimis, *honore titulari* allatas esse in sæpiùs dicto illo de *titulo Nobilis* tractatu, quàm binæ istæ à Cl. *THÜLEMARIO* adeò constanter & intrepidè iterum iterumque repetitæ ratiunculæ, non immeritò sanè pro *lubricis* habitæ, siquidem solæ fuissent in aciem productæ: ulteriori proinde discursui superfedemus, quin potius eidem heic demum B. C. D. finem imponimus.

XXX. De cætero, si cui, quod coronidis velut locò addimus, volupe fuerit aut in votis, nosse & audire *Comites*, imò & *Barones* aliosvè inferioris similisvè nobilitatis homines, quibus Pontifex Romanus ejusvè curia titulos non *Ducales* tantùm seu *Principales*, cujusmodi sanè illud *Nobilitium Virorum* elogium haberi debet, sed *Regios* etiam &, ut ita loqui fas sit, *super-Regios Imperatoriosvè illustrium, illustrissimorum*, &c. dederit transcripseritvè, ei ad archivorum & veterum tabularum (utut inde quoque nobis haud invitis non omninò spernenda petantur subsidia) pulveres, tineas ac blattas ut eat necessum haud est, sed indicare sufficiat publicè extantia & nemini non obvia variorum Pontificum monumenta, id,

44

quod diximus , manifestè suggerentia ac præferentia.

ita præter ea , quæ , huc facientia , supra §. XV. pag. 21. seqq. §. XXVIII. pag. 40. seq. jam tum attulimus , Innocentius III. *in cap. 15. X. de judic.* ibi : *Nobili Viro* Matthæo de Riparia &c. & *in cap. 4. X. ut lite non contest.* ubi Vice Comes appellatur *nobilis* &c. item *in cap. 5. X. de except.* ibi : *nobilem Virum* S. de Malileone &c. *cap. 7. X. de confirm. ut. vel inut.* ibi : *nobili Viro* Matafeloni &c. Gregorius IX. *in cap. 67. X. de appellat.* ibi : *nobilis mulier* , Domina de Bellebron. &c. &c. & extra corpus canonicum Pius V. P.P. *lib. 4. epist. 10. 18. seq.* Gregorius VII. apud Paul. Bernried. *in vita ejus pag. 57.* ubi Comitem Albertum vocat *nobilissimum.* & *lib. 1. epist. 38. & 46.* ubi eundem *nobilis* & *nobilitatis* titulum , quò *Ducem* Bohemiæ affecit , etiam *Comiti* tribuit &c. Honorius III. *in l. 3. tit. 1. c. 2. l. 4. tit. 3. c. 1. compil. 5.* & ap. Hund. *l. 3. metrop. p. 311. & seq. 418. 420.* ubi *Baro* appellatur *nobilis* Paschalis III. (quem alii secundum faciunt) Wipertum , Comitem Groicensem in Misnia , vocat *illustrem* & Legatum ejus , qui miles tantum seu Eques fuit , *Virum spectabilem.* ap. Monach. Pegav. *in chron. ad ann. 1106.* Calixtus II. Jussalinam titulò *illustris fœminæ* & , cum filiis , Petro Sicardi ac Rainardo de Perigna-

gnano, *vestra Nobilitatis* afficit in epist. de anno 1119, ap. Baluz. *lib. 2. miscell. pag. 193.* Qui & ipse Calixtus alibi Ottoni Palatino Comiti *nobilitatis* tantum dat titulum (prout idem Otto à privatis *Vir Nobilis* anno 1126. vocatus.) licet eum in concreto vocet *illustrem.* ap. Hund. *tom. 3. p. 440. junctâ p. 430.* Eugenius III. & Alexander III. Adalbertum atque Occarium fratres vocant *Nobiles & illustres Comites* in diplomate & literis de anno 1150. 1165. apud Hund. *d. tom. 3. metrop. Salisb. p. 400. & Baluz. lib. 2. miscell p. 227.* prout & Urbanus III. eosdem fratres simili planè maçtat titulô in literis de anno 1186. ap. Hund. *d. l. p. 404. &c &c.* Imò Pontifices non tantum Galliaë Regem Philippum, sed ipsum quoque Imperatorem Ludovicum IV. locis supra *d. §. XXVIII pag. 40.* adductis quandoque *nobiles* tantum salutârunt.

Neque tamen postulaverimus, omnia hæc in exceptionum compingi exempla propriisvè ac peculiaribus distingui rationibus, sed pleraque, quod supra jam tum *§. VI. pag. 19. seq.* sat clarè innuimus, Romanaë Curiaë stylo hujusque regulæ varianti imputanda fore ultrò remur.

T A N T U M.

Quod

QK TH 1958

Quod præter opinionem irre-
psit σφάλμα unum alterumvé
B.L.ita emendabit.

Pag. 19. lin. 1. leg. li. 3. pag. 22. lin. ult. del. Rutheno.

von M

B. M. II, 85.
h. 16, 10.

STYL

etiam in
plu

Per Exc

(quod non C

& quide

CHRISTIAN

Typis & sumpt

Æ

ri,
i

NIO.

MII,

II R
1958

